



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1784**

**VD18 13322648**

§. 9. Hujus episcopi accessus ad Synodum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

„nemus, ut illud nostrum, quod in his  
 „Literis inclusum ad eam mittimus, Sæc. XVIII.  
 „de celebratione Concilii Edictum, val- A. C. 1727.  
 „vis Ecclesiæ suæ Cathedralis, alia-  
 „rumque in sua Diæcesi insignium af-  
 „figatur, illico & promulgetur; ac de-  
 „nique procuret, ut omnibus, & iis  
 „præsertim innotescat, qui Concilio  
 „Provinciali de jure vel Consuetu-  
 „dine debent interesse, quos publi-  
 „catione illa rite volumus convocatos.  
 „Cum autem neque qui plantat, est ali-  
 „quid, neque qui rigat, sed qui incre-  
 „mentum dat Deus, confidimus A. V.  
 „pro pietate sua supplicationes publicas  
 „in Ecclesiis Diæcesis suæ indicturam,  
 „quibus una omnes Deum obsecremus  
 „impense, ut quod felicibus aggredi-  
 „mur auspiciis, ad feliciorum exitum  
 „ipso aspirante perducamus. „

## §. IX.

*Sanitiensis Episcopi accessus ad  
Synodum.*

Perlectis hisce Archiepiscopi literis  
 Joannes Sanitiensis Episcopus ali-  
 quamdiu dubius hæsit, an ipse Em-  
 brodunum veniret, vel utrum consul-  
 tius foret, decrepitæ ætatis excusa-  
 tione absentiam purgare: Inter ipsos  
 quoque Episcopi Amicos discors erat



Sæc. XVIII. sententia; alii quippe censebant, hunc  
A. C. 1727. Præsulem extra teli jactum esse pos-  
 tum, si quiete in sua Diœcesi subsiste-  
 ret; quamvis enim in literis, quibus  
 Synodus indicebatur, nulla mentio facta  
 fuisset de causa, quæ ad illius celebra-  
 tionem ipsum quoque Regem impul-  
 set, communis tamen omnium vox  
 erat, in hoc Concilio de opportunis  
 Ecclesiæ honorem a temerariis hu-  
 jus Præsulis insultibus vindicandi  
 mediis agendum & proscripta ejus In-  
 structione Pastoralis in eum S. Canonum  
 severitate animadvertendum esse. E-  
 contrario autem ab aliis, Episcopo  
 magis honorificum esse, si imperter-  
 rito animo sese suis hostibus sisteret,  
 ipsum enim scientia ac eruditione ce-  
 teros omnes Judices suos tam longe  
 antecellere, ut eos absdubio sola sua  
 præsentia elinques facturum esset: Ho-  
 rum consilio acquievit Episcopus, ac  
 ipse Embrodunum ad Synodum con-  
 tendere decrevit, ea præcipue permo-  
 tus ratione, quod interposita semel ap-  
 pellatione ad futurum Concilium Gene-  
 rale Synodo Provinciali de ejus causa,  
 ceterisque post appellationem gestis  
 cognoscendi jus ademptum esset: Mi-  
 rum tamen, quod Vir cetera doctissi-  
 mus, ac Historiæ Ecclesiasticæ peritia  
 celeberrimus in mentem suam non re-  
 vocavit



vocarit fata Pelagianorum Præfulum, Sæc. XVIII.  
 qui insuperhabita eorum appellatione, A. C. 1727.  
 utpote palam injusta, dijudicati, dam-  
 nati, suisque Sedibus amoti fuissent.  
 Non deerant ex ejus Amicis nonnulli,  
 qui eidem exponerent, ipsummet ap-  
 pellantium privilegio derogasse, eo-  
 quod post factam appellationem in sua  
 Instructione Pastoralis ceteros Episcopos  
 in Synodo congregandos tanquam legi-  
 timos suæ causæ Judices agnovisset.  
 At Episcopus sive suæ causæ fiducia  
 deceptus, sive proprii iudicii pertinacia  
 excæcatus spretis aliorum consiliis  
 Embrodunum proficisci statuit: Paulo-  
 post die vigesima quarta Maij eidem  
 consignantur literæ Regio sigillo mu-  
 nitæ, hujus tenoris. „Cum Regia sua  
 „Majestas Embrodunensi Archiepiscopo  
 „concesserit, ut Provinciam suam Sy-  
 „nodum protinus celebraret, ibidem-  
 „que de rebus Religiosæ & fidei dog-  
 „mata spectantibus agenda propone-  
 „ret, hinc Regem velle, ut ipse Sani-  
 „tensis Episcopus die per Archiepisco-  
 „pum præstituta eo contenderet, &  
 „unacum Præfulibus numero per S. Ca-  
 „nones præscripto in Synodo congre-  
 „gatis de præfatis rebus juxta normam  
 „& leges Canonicas ageret, nec ante  
 „Synodum finitam absque ejusdem  
 „consensu extra Urbem se moveret.”

F f 5

§. X.